



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 224. De comitis Luidolfi traditione in villa Bennenhusen in pago Hithega.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Ab anno huiusmodi debitor fuit quidquid pater suus illi reliquerit testes harid *bruni*
854 usque arnulf et alii quinque.
877. re-

gnante
Hludo-
uico et

§. 223.

Tradidit edic dimidiam partem de omnibus quae possedit in loco qui dicitur *hrodgheldeffang* (w) testes teti tingrid aldger cyllhard helmdac luthard filef brunnuard albmer odger ailred.

§. 224.

Tradidit *luidolfus comes* in *bennenbusen* (x) mansum unum testes ricdac herred buni aluini ofdac et alii XII.

§. 225.

definiri potest. Fortassis coloni villae *Hellonbus* cum aliis in oppidum Blanckenrode, de quo egimus supra §. 218, confluerunt. Videtur *Hellonbus* eadem fuisse villa quae, in *Vita Meinwerct*, episcopi Paderbornensis, Tom. I. Script. Rerum Brunsvic. Leibnitii p. 541. num. 38. appellatur *Helessem*. Id si ita esset, villam *Hellonbus* ad aquam quandam olim existisse oporteret, quia l. c. refertur, quendam hominem aquam molendini in *Helessem* ecclesiae Paderbornensi donauisse.

De villa
Hrod-
gheldes-
fang.

(w) *Hrodgheldeffang* in Registro nostro plane omittitur. Nescimus ergo, vbi nam locus ille quaerendus sit. Interim patet e traditionibus nostris §. 121, nomen *Hrodgeldi* esse nomen viri. Arbitramur ergo, *Hrodgheldeffang* idem esse ac *biuangum* cuiusdam *Hrodgeldi*. *Biuangus* quid sit, iam ante vidimus. In *Brabantia* adhuc parochiae ambitum adpellant incolae *biuanc*, quasi *comprehensum*, *befangen*.

De villa
Bennen-
busen.

(x) *Bennenbusen* erat villa in pago *Nitbega*, testante Registro Bonorum Abbatiae Corbeienfis a Sarachone abbate confecto. Quanam autem in regione pagus *Nitbega* fuerit, id ampliori expositione non eget, cum iam supra §. 163. et passim alibi demonstraerimus, eundem pagum existisse in diocesis Paderbornensi et Corbeienfi ad flumen dictum *die Neite*, a quo fluuio vicus *Erclen* in episcopatu Paderbornensi non procul abest, in cuius tractu villa *Bennenbusen* quoque est quaerenda. Id litterae abbatis Corb. Henrici de *Homborg* testantur, quas hic primum ex autographo in lucem emittimus. En illas.

gratia praesens

Henricus dei grā Corbeien. ecclie abbas omnibus pñs scriptum uisuris salutem. Notum esse cupim⁹ pñsentib⁹ et futuris quod cum dilect⁹ nñr Hinric⁹ sacerdos pleban⁹ in *Erclen* domū unā siue curiam sitam in *Bennesen* et unum mansū cum suis propriis denariis de *Hermanno* dēo apud molendinum et suis heredibus emptionis titulo parasset nos domū et curiam eandem libertauim⁹ hoc modo uidelicet quod pñsar⁹ Henric⁹ pleban⁹ de *Erclen* ad tempus uite sue his omnib⁹ libere pñruatur ipso autem sublato de medio mansus solus cum suis redditib⁹ p remedio aīe ipsius Henr. ad nñm conuentū libere conuertetur. Porro domū pñcām siue curiā in ipsa uilla *Bennesen* quicunq⁹ pleban⁹ fuerit in *Erclen* libere possidebit ut ppter hoc soluendā singulis annis de pñcō manso annonā nñō conuentui eo diligentius et fidelius expetat et requirat. Nam si ex negligentia ipsius plebani staret quo min⁹ pñcā annona de manso eodem nñō conuentui solueretur ex tunc carebit et priuari debet eadem curia et domo que sicut ipse mansus uocabunt nñē ecclie libere et solute. In cui⁹ testimonium pñsentem lram nñis figillis dedim⁹ roboratam. Datum anno dñi M. CC. XC. sexto feria tertia post festum bñi Ioh̄is baptiste.

Sigillum est eidem simillimum, quod adfixum membranae abbatris nostri Corbeienfis Henrici, ari incilium exhibuimus.

Sigillum uide in Tab. IV num. 3.

Quodsi